



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Vigilius Ep. M. 26. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

320 VITÆ SANCTORVM. 26.Iunii.
veritas indicat, aut etiam superiorem. Quapropter noli
te comparare majoribus, noli minoribus, noli aliquibus,
noli uni. S.Bern.serm.37.in Cant.

S. VIGILIUS EP. M. 26.Iunii.

VIGILIVM Pontificem Tridento Roma sub-
misit annos non nisi XX. natum, sed jam
tunc, si virtutes numerasses, grandævum. Ergo ab
hæresi urbem, à superstitione deinde omnem latè
viciniam purgavit. Eâdem operâ morbos, dæmo-
nesque hospites è corporibus proscriptis, fana di-
ruit Deorum, & solo Veronensium & Brixensium
agro templo Deo extruxit triginta. Felicem se
etiam credidit, cùm hospes hospitem D.Reme-
dium excepit; sed magis oculos recrearunt homi-
nes mille & amplius, quos omnes à fide aberrantes
in viam reduxit Remedium, & ad VIGILIVM ad-
duxit. Cæterùm cœpta inter eos familiaritas sem-
per deinde duravit; & ad morientem in solitudi-
ne Remedium accurrit VIGILIUS, ære campano
ex pacto suâpte sponte monente. Justis deinde
perfolutis, cùm ædiculam Remedium in templum
vellet consecrare, præveniri se ab Angelis per
quietem lubens volens vidit. Porrò ad Aunaniæ
etiam populos Legatos misit suos, quos cùm im-
pii adorti neci dedissent, ipse in illos movit, debel-
lataque superstitione, ubique locorum trophæum
Christo victori Crucem fixit. Et jam reliqua val-
lis unica Randena erat. In hâc illi Superi trium-
phum decrevere. Nam cùm unus unicus in ho-
stium cuneos irrupisset, & æreum Saturnum re-
ctius cælo quàm Jupiter pulsurus, dejectum fra-
ctumque in præterfluentem abjecisset, ipseque
jam basi statuæ deinceps insistens, ad concionem
dice-

27.M
dicer
triun
Da
est, q
pra or
in pa
vene
serm

L
uber
ut au
virtu
stinx
gelis
man
cerv
re, q
ret.
pug
gem
cum
spex
gelo
mon
cule
sed a
DISI
resp
qua
rà sa
cùm

Junii.
er noli
ibus,

sub-
jam
o ab
latè
mo-
a di-
sium
n se
ceme-
omi-
ntes
ad-
sem-
udi-
ano
nde
lum
per
niæ
im-
bel-
eum
val-
im-
ho-
re-
fra-
que
em
ce-

27. Maii. VITÆ SANCTORVM. 321
diceret, densissimo lapidum imbre petitus, ipso quæ
triumpho suo est obrutus. Ex Ferrar. & to. 3. Bau. S.

Dilectio fraterna omnibus desideriis amplectenda
est, qua tot bona potest habere, quot premia: custodienda
præ omnibus Virtutibus pax est, quoniam Deus semper
in pace est. Locum non demus inimico, ne inter mellæ
venena felle amariora confundat. S. Pet. Chrysol.
serm. 53.

S. LADISLAUS C. 27. Junii.

LADISLAVM Belæ primi Regis Ungarorum fi-
lium, imò MARIAE vides; ita totus ab hujus
überibus, dum vixit, pependit, sed neque mortuus,
ut audies, dimisit. Cæterùm vix alius regum tor-
virtutibus aut purpuram ornavit, aut coronam di-
stinxit; ut minus mirer, si legam aulam ejus ab An-
gelis frequentatam esse. Certè ipse ab Angelo ger-
manum suum vidi coronari, sed & Angelum sub
cervi schemate ignitis cornibus locum vidi signa-
re, quo promissam MATRI MAGNÆ ædem conde-
ret. Eorundem Cœlitum ope, cum in multis aliis
pugnis, tum in duello contra patruum suum Re-
gem Salomonem victor evasit. Etenim cum hic
cum uno rem sibi LADISLAO crederet esse, con-
spexit sub congressum, contra duos prætereà An-
gelos sibi certamen esse, qui gladio jam jam Salo-
moni graves imminebat. Noluit igitur, et si Hercules sibi ipse videretur, in tot tantosque pugnare,
sed abjecit arma, pacem coluit. Toties victor LA-
DISLAVS coronam tamen ferre Ungariæ semper
respuit, nobiliorem & immortalem ambiens,
quam ut facilius obtineret, facere fortiter pro ter-
râ sanctâ constituit. In eâ proinde expeditione,
cum Dux lectus esset omnium copiarum, ecce

O 5 in